

1182 sionem diuini odii conflatas exercitauerunt in
 ducem Fridericum et eicientes eum extra terram mille
 prosecutum opprobriis, Cünradum Moraviensem, qui et
 Otto, de quo supra multa diximus,¹ sibi eligunt in
 principem, cum quo Pragam multo tempore obsident
 et tandem obsinent.² Interea Fridericus dux adierat
 imperatorem predictum Fridericum semper augustum,
 qui eius condolens iniuriis palatinum Bavariae,
 vocatum predicti Cünradi,³ Pragam mittit et tam
 Cünradum quam Boemos omnes cum eo ad curiam
 suam, quae Ratisponae celebranda fuerat,⁴ venire pre-
 cepit. Illi accepto mandato imprimis recalcitrant,
 contradicunt, venire nolunt, postmodum iri meliori
 consilio sunt. Nobiles soli presentantur imperatori,
 quos ille terere volens dolabra multa nimis fecit.
~~in~~ in P affertur tamquam vellet eos facere decollari, cum illi
 pedibus eius se provolunt, veniam petunt et neces-
 sitate mutata in voluntatem Fridericum in domi-
 nium et ducem recipiunt et cum eo Pragam
 redeunt magnam arbitantes lucrum tam ipsi
 quam Cünradus, quod crimine lese maiestatis non
 sunt puniti. Sic sapiens imperator coniurationem
 rebellium sapienter repressit et isti quidem

1) Obm. D. 1182

2) Vol. Cont. Livell. II, SSX, 543.

3) Otto von Mistelburg, Arnolds von Garszoy von Lohren

4) Guda Trptambro (D. 4347/48)